



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv

More, Henry

Avdomari, 1660

n. 51.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38320

ret in Lusitaniam, de infauſta Antonij Themudo, aliaque conſimiles; de coniugijs, deque vitæ instituto Religioſo vel ſeculari capeſſendo, aut retinendo, & pluribus alijs; de ſua etiam prædeſtinatione & mortis tempore; quibus commemorandis inſilire non eſt huius loci.

Quis ex his
fructus
capendus


L I. Etenim in Sanctis vitis vnde iſta naſcantur conſiderare operæ pretium eſt; dona ipſa quoniam neque ambienda ſunt, neque haberi poſſunt niſi gratuito dentur, diuinæ beneficentiæ de prædicandæ ſeruiunt, non imitationi. Ipſa tamen ſua admirabilitate perſtringentia oculos excitant animos ad quandam æmulationem virtutis, quandoquidem & humana fragilitas diuinâ forâ gratiâ ad tantam poteſt exurgere perfectionem quantum in hoc viro videmus, & locupletiffimus Deus nunquam eſt in largiendo remiſſus. Illa ſu ipſius ſubtiliſſima cognitio, ſummaque contemptio, quâ ſe & maximum omnium peccatorem cenſebat, & hominum conſpectu vltiquè indignum; illa corporis alperrima ad vltimam vſque ſenectutem tractatio; ſomni cibi que admiranda parcitas; labor indefeſſus; precandi aſſiduitas, atque in Deo colendo ſubmiſſiſſima reuerentia, ſtimulos admouent ad torporem incuriamque excutiendam, quò in Dei proximique amorem accenſis nihil arduum nihil importunum exiſtimemus quod ad illius gloriam, huius vtilitatem conducatur. Non eſt in noſtra gente ea feritas atque barbaries, aut in montibus horror, aut in agris vaſtitas, aut in vijs inæqualitas, aut in ſaltibus denſitas, aut in regionibus ſolitudo atque inopia, aut Cœli ſolite aſpiratio tam grauis & peſtilens, vt nouo illi Orbi, tam à natura alieno, quàm regione diſiuncto comparari poſſit. Quæcumque tamen hæc ſint, huiusmodi virorum diligenti digniſſimaque contemplatione molliuntur, & propoſitis exemplis nouo operi, noui animi inſtillantur, vt pudeat non ſequi, licet omni ex parte aſſequi non tribuatur. In hac aſpera viuendi ratione, quam deſcripſimus, produxit ætatem Almeida ad annos octoginta duos, neque equo vectus in itineribus, neque geſtatus reti; Cumque Superior aliquando minaretur, niſi parere ſibi vellet, nullam in poſterum illi attribuendam eſſe Miſſionem; Reſpondit Almeida, " nullum ſe deſugere velle munus quod ex obſequio Dei eſſet aut proximi, pedeſtribus etiam itineribus; etiam cum vitæ periculo experienda illa eſſent; hoc ſui officij eſſe, hunc temporis antiqui fuiſſe morem & conſuetudinem) Cum etiam de Cilicijſ ſollicitaretur ac cæteris corporis aſperitatibus ab admirate Superiore, cui pro poteſtate oſtendenda fuerant omnia; "Hoc non miretur, inquit, R. V. aſſuetudo omnia vincit; iſta fuerunt mea ſemper arma quibus in Miſſionibus, in locis deſertis, in itineribus difficilibus mihi ab obedientia iniunctis luctatus ſum cum diabolo. Hęc didici, & hæc à iuuentute me docuerunt primi mei magiſtri, præcipuè Sanctus ille Pater Iosephus de Ancheta; neque propterea mihi vnquam deſuere vites ad quæcumque mihi ab Obedientia impoſita; potius hoc modo me ſentio validiorem; & poterit Reuerentia veſtra periculum facere.) Numerabat verò cum hæc diceret an-

Lib. 7. c. 32
n. 12.

Lib. 7. c. 32
n. 4.

nos sex supra septuaginta. Ex eo tamen paulatim parietes collabuntur de mus.
 Lib. 8. c. 1. Tactus Apoplexia quadam, duodecimo Septembris decubuit, & vigi-
 simo quarto sublatus est, anno huius seculi quinquagesimo tertio in Collegio
 Fluminis Ianuarij. De commotione ciuium clamantium, Moritur Sanctus;
 de pompa funebri; de miraculis post mortem nihil attinet dicere; virtutes
 robustæ illæ sunt quæ in his viris spectandæ veniunt vt in diem à Deo
 præstitutum sumus parati. Veniet enim aliquando *Sabbatum* illud in quo
 Ezechielis 46. *aperietur porta Orientalis sex diebus clausa: Aperiet etiam Dominus Deus*
 Ezaig. 5. 5. *aurem suis qui non contradicent, retro sum non abibunt: Hæc nostra sunt*
vota: Ille Auxiliator noster est, non confundemur.

Ipsi honor & gloria in seculum. Amen.



INDEX